[illegible] colla Omnipotens
[illegible] Magnificat. [illegible] da nobis
Factum est autem cum Fer. ii.
quadam die venissent filii
dei et starent coram domino. venisset
[illegible] sathan inter eos. et staret in
conspectu eius. diceret dominus ad sathan.
Unde venis. Qui respondens ait. Cir
cuivi terram et perambulavi eam. L. ii.
Et dixit dominus ad sathan. Numquid
consideravi servum meum iob: quod non
sit ei similis in terra. vir simplex et
rectus timens deum et recedens a
malo. adhuc retinens innocentiam.
Tu autem commovisti me adversus eum. ut
affligerem eum frustra. L. iii.
Cui respondens sathan ait. pellem
pro pelle et cuncta que habet homo
dabit pro anima sua. alioquin mitte ma
num tuam et tange os eius et carnem.
et tunc videbis quod in facie benedixerit
[Di]xit dominus ad sa Fer. iii. tibi.
than: Ecce in manu tua est: ve
rumptamen animam illius serva. Egre
ssus est sathan a facie domini: percussit
iob ulcere pessimo. a planta pedis
usque ad verticem eius. L. ii.
Qui testa saniem radebat. sedens
in sterquilinio. Dixit autem illi uxor sua.
Adhuc permanes in simplicitate tua?
Benedic deo et morere. L. iii.
Qui ait ad illam. Quasi una de
stultis mulieribus locuta es. Si bona
suscepimus de manu domini. mala autem
quare non sustineamus. In omnibus his
non peccavit iob labiis suis.
Audientes tres amici Fer. iiii.
iob omne malum quod acci
disset ei: venerunt singuli de loco
suo. elyphat themanites. Baldach
suites. et sophar naa mathytes.
Condixerant enim ut pariter venien
tes consolarentur eum. L. ii.
Cumque elevassent oculos non cogno
verunt eum. et exclamantes plo
raverunt. scissisque vestibus sparserunt
pulverem super caput suum in celum. et se
derunt cum eo in terra septem diebus
et septem noctibus: et nemo loquebatur
ei verbum. videbant enim dolorem esse ve
Post hec aperuit iob L. iii. hementem.
os suum. et maledixit diei suo dicens.
Pereat dies in qua natus sum: et nox
in qua dictum est conceptus est homo.
Dies illa vertatur in tenebras. non
requirat eum deus desuper. et non illustretur
lumine. Obscurent eum tenebre et
umbra mortis: occupet eum caligo.
et involvatur amaritudine.
Noctem illam iob inquit Fer. v.
tenebrosus turbo possideat.
non computetur in diebus anni. nec
numeretur in mensibus. Sit nox illa so
litaria. nec laude digna. maledicant
ei qui maledicunt diei qui parati sunt
suscitare leviathan. L. ii.
Obtenebrentur stelle caligine eius.
expectet lucem et non videat: nec ortum

surgentis aurore. quia non conclusit osti
a uentris qui portauit: nec abstulit
mala ab oculis meis. Quare non in
uulua mortuus sum: egressus ex
utero non statim perii. R. iii.

Cur exceptus genibus. cur lacta
tus uberibus? Nunc enim dormiens sile
rem: et somno meo quiescerem cum
regibus et consulibus terre. qui edifica
uit sibi solitudines. uel cum principi
bus qui possident sibi aurum. et reple
nt domos suas argento. R. vi.

Sicut abortiuum absconditum
non subsisterem. uel qui con
cepti non uiderunt lucem. Ibi impii
cessauerunt a tumultu. et ibi requieue
runt fessi robore: et quondam uincti
pariter sine molestia. qui non ex
audierunt uocem exactoris. R. ii.

Paruus et magnus ibi sunt. et
seruus liber a domino suo. Quare
data est misero lux: et uita hiis q̄
in amaritudine anime sunt. qui ex
pectant mortem et non uenit. quasi ef
fodientes thesaurum: gaudentque ue
hementer cum inuenerint sepulchrum.

Viro cuius abscondita est R. iii. uia. et circumdedit eum deus tene
bris. Antequam comedam suspiro. et
quasi inundantis aque sic rugitus
meus. quia timor quem timebam
euenit michi. et quod uerebar accidit.
Nonne dissimulaui. nonne silui. nonne
quieui. et uenit super me indignatio.

Respondens autem Sabbo. R. i.
Eliphas themanites dixit.
Si ceperimus loqui tibi: forsitan mo
leste accipies. sed conceptum sermo
nem tenere quis possit? Ecce docu
isti multos. et manus lassas robo
rasti.

Vacillantes con R. ii.
firmauerunt sermones tui. et ge
nua trementia confortasti. Nunc ue
nit super te plaga et defecisti: teti
gitque et conturbatus es. R. iii.

Recordare queso te: quis umquam
innocens periit. aut quando recti deleti sunt.
Quin potius qui operantur iniquitatem
et seminant dolores: et metunt eos
flante deo perisse. et spiritu ire eius
esse consumptos. Rugitus leonis
et uox leene: et dentes catulorum leo
num contriti sunt. Tygris periit. eo quod
non haberet predam. et catuli leonum dis
sipati sunt. Dominica. quarta
decima. ad vesperas. A. super psalmos.

Benedictus. R. Hymnum. A. Inclinaui. R. Exultabunt
Capitulum. Benedictus deus et pater domini
Hymnus. O lux beata trinitas. V. Vespertina oratio.

R. Magnificat. Sa e. Oratio.

Custodi quesumus domine ecclesiam tuam
propiciatione perpetua. et quia si
ne te labitur humana mortalitas.

... omnibus in tribu neptalim: nichil tamen puerile gessit in opere. R.

Peto domine ut de vinculis improperii huius absoluas me aut certe de super terram eripias me. Ne reminiscaris delicta mea vel parentum meorum neque vindictam sumas de peccatis meis quia eruis sustinentes te domine.

Omnia iudicia tua iusta sunt et omnes vie tue misericordie et veritas et nunc domine memento mei. R. ii.

Cumque irent omnes ad vitulos aureos quos Ieroboam fecerat rex israel: hic solus fugiebat consortia omnium. et pergebat ad Iherusalem ad templum domini et ibi adorabat dominum deum israel. Omnia primitiva sua et suas decimas fideliter offerens: ita ut tercio anno proselitis et advenis ministraret omnem decimationem. Hec et his similia secundum legem dei paruulus ministrabat. R.

Omni tempore benedic deum et pete ab eo ut vias tuas dirigat. Et omni tempore consilia tua in ipso permaneant. V. Memor esto fili quoniam pauperem vitam gerimus habebis multa bona si timueris deum. Et omni.

Cum vir factus fuisset: R. iii.

Accepit uxorem annam de tribu sua genuitque ex ea filium nomen suum imponens ei: timere deum ab infancia docuit et abstinere ab omni peccato. Igitur cum per captivitatem devenisset cum uxore sua et filio in civitate Niniue cum omni tribu sua et omnes ederent ex cibis gentilium: iste custodivit animam suam et numquam contaminatus est in escis eorum. R.

Memor esto fili quoniam pauperem vitam gerimus habebis multa bona si timueris deum. V. Fiducia magna erit coram summo deo e le

Lc. iiii.

[illegible] pueri [illegible] in con [illegible] gratia in con

[illegible] mulier regis. et dedit

[illegible] quesi uellet [illegible]

[illegible] facit voluntatem

[illegible]

R

[illegible]

P [illegible] Lc. vi.

[illegible]

A [illegible] Lc. vi.

[illegible]